Testamentum

Testamentum Robti Wilfordi, cuius Exon probatum fuit in plena curia civitatis Exon tenta ibidem die lune proxima post festum Epiphanie domini anno infrascripto coram Johanne Gallot maiore civitatis Exon per sacrum regis Pulfordi capelli et Robti Marschal in quo quidem testo continentur verba subscripta. Item do et lego executoribus meis tertiam partem omnium mesuagiorum terrarum et tenementorum meorum cum partium in civitate Exon et eius suburbiis. Ac etiam tertiam partem omnium redditum et servitiorum omnium tenentium meorum quorumcumque in eisdem civitate et suburbiis. Ac etiam tertiam partem pensionum omnium mesuagiorum terrarum et tenementorum cum partium que idem tenentes tenent ad terminum vite seu annorum seu quovis salvo modo

Robti

ad vendendum totam predictam tertiam partem et denarios inde perceptos pro salute anime mee Elizabeth uxoris mee et animabus domini Hugonis Courtenay et Margarete uxoris eius et pro bono statu venerabilis patris domini Willelmi archiepiscopi Cantuariensis domini Henrici Glaskorum domini Willelmi Damiton et pro animabus patris et matris mee Beatricis Westecote et omnium benefactorum meorum et quibus aliqua bona habui vel recepi in ea optima distrectione eorundem executorum meorum distribuendi. Item lego Elizabeth uxori mee alteram tertiam partem omnium mesuagiorum terrarum tenementorum redditum servitiorum et pensionum predictorum cum partium habendi et tenendi totam predictam alteram tertiam partem prefate Elizabeth ad terminum vite sue. Ita quod post mortem

Wilfordi

ipsius Elizabeth tota predicta tertia pars cum partium Willelmo filio meo et heredibus de corpore suo exeuntibus remaneat in perpetuum. Et si idem Willelmus obierit sine heredibus de corpore suo exeunte, extunc volo et lego quod predicta tertia pars cum partium per eosdem executores meos et executores executorum predictorum vendatur et denarii inde perceptos distribuantur modo supradicto. Item do et lego prefato Willelmo filio meo totum residuum omnium mesuagiorum terrarum tenementorum redditum servitiorum et pensionum predictorum cum partium habendi et tenendi prefato Willelmo

Cuius

et heredibus de corpore suo exeuntibus totum predictum residuum cum partium. Et si idem Willelmus obierit sine heredibus de corpore suo exeuntibus extunc volo et lego quod totum predictum residuum cum partium per eosdem executores meos et executores executorum predictorum vendatur et denarii inde perceptos distribuantur modo supradicto. Et ad istud testamentum fideliter exequendum ordino facio et constituo executores meos Elizabeth uxorem meam Willelmum Wilfordi filium meum magistrum Johannem Westecote Johannem Lusquirt rectorem ecclesie sancti Petri Henricum Hull Johannem Wilfordi et Johannem Lake. Virtute cuius testamenti tali ut premittitur probati facta fuit proclamacio generalis quod si quis aliquid pro se habeat vel dicere sciat contra testamentum predictum veniat infra annum et diem ius suum pro se voluerit. Et super hoc preceptum fuit subballivis eiusdem civitatis liberare seisiam

Exon

super legatis salvo iure cuiuslibet etc.